Morbio 23 (79)

GIALEAZ Dei & apostolicae sedis gra Eps Agenen Reverendissimi In Christo pris: & dni: dni Ioannis Baptistae Sti Nicolai i Carcere Tulliano Dyaconi Cardinalis de Sabellis Bononiae: hexarchatus Ravennae: ac provinciae Romandiolae Legati Gnalis locumtenens. Dilecto nobis in Christo Matheo gerardi Clerico bonon dioc salute in dno sempiternam. Vitae, ac morum honestas, aliaqz laudabilia probitatis & virtutu merita sup quibus apud nos fidedigno comendaris testimonio, nos inducunt ut te favore gratioso prosequamur. hinc est qd nos tibi qui ut asseris in vigessimoquarto tue etatis anno constitutus existis & ad Dyaconatum promotus premissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes: Teqz a quibuscumqz excomunicationis suspensionis: & interdicti ac alijs sententijs censuris & penis, a iure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus forsan quomodolibet innodatus existis ad effectum pntiu dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, Tecumqz ut a quocumqz Antistite gratiam, & comunione sedis apostolice habente ad omnes sacros, et ad presbiteratus ordines te promoveri facere, & postq promotus fueris i illis ministrare libere & licite possis & valeas: ac eidem Antistiti, ut huiusmodi ordines tibi impender possit, defectu pdicto ac lateranen Concilij & quibusuis alijs apostolicis, ac provincialibus, & Synodalibus concilijs editis generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, ceterisqz contrarijs nequaqz obstantibus auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte de specialis dono gratiae dispensamus. In quorum omniu & singulorum fidem & testimoniu pntes lras fieri fecimus: & prefati Rmi dni legati Sigilli quo in similibus utimur iussimus appensione communiri. Dat. Bononie in palatio nrae solitae residentie anno a nativitate dni Millessimoquatringentessimooctuagessimoquinto. Die xxvij maij pontificatus Sanctissimi In Christo pris & dni nri domini Innocentij Divina providentia pape octavi anno primo.

Clemens Bonifatius.

Queste scritte sonda mettere fra gl' instrumti di Casa

1485 Mai 27

R

Morbio 23 (79)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1872149669-16/fragment/page=0002